

AN

satisfaciat, Americam repetit, suæ que Ecclesiæ regendè sicutur, nullumque non movert rudentem, ut ipsam ad antiquorum Patrum normam exæstissimè moderetur. Horis canoniciis in choro Cathedralis Ecclesiæ persolvendis adebat ita assidue, ut qui nihil præterea curare videbatur, cùm tamen procurandis innumeris rebus totus incumbat. Singulis dominicis diebus populo catechismum tradit, solennioribus autem festis, & quadragenati jejunij tempore concionatur: pœnitentia alia que Ecclesiæ Sacra menta & sanis & lue etiam correptis ministrat. Templo egglesiæ edificare quatuor, mirum quantum & laboraverit & expenderit in tantâ proventuum inopiam, qui vix pro alenda familia sufficerent, Deo ipsi opes pro his ministrante, quæ gloriæ suæ, & publico profutura erant commodo; nempe Ecclesiâ eique juncto Valetudinario S. Joannis de Deo, Cenobio Parentis sui S. Francisci, quod in Oppido Theusigalpa corruerat, atque ejus Templo; item quod pro augenda adversus Beatissimam Deiparentem religione, sub titulo Charitatis à se excitato, multa argentea suppellectile dives fecit; atque etiam Collegio Seminario, juxta sacrosancti Tridentini Concilij sanctionem pro instituenda juventute à se itidem erecto, & cùm Sacello sacrisque paramentis ornato, tum etiam Magistris instructo, qui & virtu-

tem & litteras Discipulis tradierent.

277 Nec propterea minus adornandi sollicitus Cathedram suam, egregijs ex argento donarijs pro Dei cultu augendo insignivit eam, multisque construtis operibus locupletavit. Quod verò nil antiquius haberet, quam idoneos docendis populis ministros excolere. Clericos juvenes aliosque efformandos litteris sic suscepit, ut quotidie in Palatium convenientes, aut Grammaticam doceret, aut in Philosophicis erudiret, aut Moralis Theologie fundamentis doctrinisque imbueret, è quibus multos dinceps Praeceptores Diocesis egregio fructu sibi gratulata est. Collegiumque natus. Familiares sic inituit, ut religiosis illos tyronibus quam simillimos diceret, quibus cum quotidie meditationibus sacris vacabat dimidiâ, priusquam ad aras ficeret hora; alteraque Mysterijs peractis, dimidiâ nocturno autem tempore unâ omnes virginicum dicebat Psalterium. Commune & ipsi triclinium & ceteris, pia semper conditum lectio ne, cui opportunas subjungebat animadveriones. Erga Deiparentem amore fervens, oviumque demandatarum sibi salutem procurans, has in illam devotas ut redderet, publicas instituit pro canendo Rosario supplications, quibus & ipse intererat, exemplo prætiturus in his quæ docebat. Longè tamen operosius agebat

AN

VI-

AN

Visitationi deditus Provinciae, quam, nulli parcens labori, lustravit, Paganos attingens conferminos, donis genti per gratis ipsam allecans ad facia nostra mortibusque humanissimis. Singulis in id locorum diebus conciones ad populum habebat morales, excipiendis venientium ad se sacræ confessionibis aderat in Parochia, languentibusque animabus dexterrime medebatur.

278 Publica ut averteret offendicula, nullum non movebat lapidem, paternis hortationibus, cum negligiceret à fontibus, reprehensiones addens, & severè in illos animadvertis. Pauperibus subveniebat, invisebat ægrotos, miseros solabatur, nullisque auxilio decrat, quod impendere cunctis solenne habebat, seu in Urbe & sede sua quicquid videbatur, sive Provinciam undique circumiret. Atque istis deditum luctuosissima suis, sibi vero felicissima mors invenit, quam omnian licet ex transacta religiosissime vita, die 6. Januarij 1742. Parentatum ei fuit non modò in Ecclesia sua, & in Provincia de Xalisco à Sodalibus Franciscanis, quorum nomine & voto floridissima juxta & funebris habita declamatio, typis est edita, sed etiam Coatemala in Collegio Societatis JESU, Magistris ex ipso sapientissimis & latina & hispana oratione res ejus gestas graviter prorequentibus, ejusdemque nepote D. Franciso Lopez Portillo, Gu-

AN

temalenis Urbis Senatore perpetuo, pompam solennissimam accurante, quæ unâ cum dictis orationibus prodit Mexici, typis Vidua Josephi Bernardi de Hogal 1743. E multis porro, numeris omnibus absolutis elogis, quicis ornatus patuit tumulus, placet transcribere pulchrum, quod subiungimus

EPITAPHIUM:

*Quos clausit moriturus ARGUS,
aperti, Viator, oculos.
Una centum nocte occupante:
Mille uno quoque specula clarent
admiracioni.*

*Tanto funeri prefice adstant VIR-
TUTES.*

*Omnes regnari in vivo, omnes la-
mentatur in mortuo.*

*Prima hac lege lachrymas induit
FUSTITIA,*

*ut in justis solvendis
Injustus nullus sit mastitia, aut luctus
excessus.*

*Privatus sapè cum virtu, bonus Prin-
ceps cum virtute lugetur.*

*Medium in lachrymis exultat à PRU-
DENTIA,*

*Cum si alia Virtutes Principem,
lugeat ipsa perdidisse Magistrum.*

*Pastoris exitum sine floru stupor pra-
fert, minimè Fortitudo:*

*quo sapius hac steterat, in tumulo
plorat cadentem.*

*Et nisi ab illo armata,
Vires vel ipsi Virtuti pra dolore de-
ficerent.*

*Temperania, quæ in alijs Virtus,
ita in Pastore natura visa est,*

AN

ut de cardine exciliens tumulo conse-
pulta videatur.

*Exanimis Argus cunctorum fletu dig-
nus cum sit,
ne Temperantia quidem temperare
valeat à lachrymis.*

*Nec ideo in vitium virtutem dege-
nerare existimes;*

*Temperantia enim est
pro tanto amissio Principe vel ipsius
fletus intemperania.*

*A Pietate auctoratum ne dubita,
qui in tanta casuum redundantia
non alios quam pietatis hostes sibi
legerit impugnando.*

*Deo devictissimus Princeps,
ita illi omnes suos agglutinavit af-
fectus,*

ut nullus nisi in Deum.

*Illatis Iasus injurijs eum ubique re-
veritus praeseniem,
quotidie ad Aras immolabat Sacerdos.
E Seraphico Ordine Comajague eva-
catus ad insulas,
nescias an Monachi partes accura-
tius expleverit,*

an Episcopi.

*Æque namque Monachos inter ac-
Episcopos docuit,
omnia virtutem agere, omnia po-
etiam tolerare.*

*Usque ad naturæ negligentiam
propria oblitus fortune, memor virtu-
tum*

*Divinitati propiores sic dilexit,
ut eas non tam induisse, quam in has
abijisse rotus sit visus.*

*Vnde meritis plenus cælesti Regno
jam maturus,
duos supra sexaginta annos agens,
Ecclesiasticis Sacramentis munitus,*

150

AN

*ac larvis infernalibus factus terribilis,
Æterni victurus*

*ingentem Virtutum exercitum
secum duxit in Canotaphium.*

Illiñs. scilicet, ac Rmñs. D. M. D.

*Fr. Antonius de Guadalupe Lopez
Portillo, Regalis et Antiquioris D.*

*Ildefonsi Imperialis Mexici Urbis
Societas Iesu Collegij olim Alum-
nus; Jubilatus Lector, Custos, Pro Mi-
nister D. Jacobi de Xalisco Guada-*

*laxarense Provincia Parenz; Ad Ge-
nerale Capitulum, quod Rome coram*

*Sanctissimo P. N. Innocentio XIII.
Universa Seraphica Familia congre-
gavit, Vocalis: In eodem Orbis Ca-
pite a Secretis Curie, deinde India-*

*rum in Hispania, & totius Ordinis:
Cunctarum Provinciarum Pater, Re-
gis à Consilijs, Sacri Pontificij So-
liji Princeps, Domini Nostri Papa à*

*SS. P. N. Benedicto XIII. Do-
meñicus Prelatus, Comajagenus An-
tistes, Fidei, Spei et Charitatis sue*

*aeternam mercedem hoc sub lapide
prefstolatur.*

*Scriptit, quod sciamus, quam
P. Nicolaus Prieto Societas JE-
SU in Oratione funcbri à se ha-
bita & edita, typis excusam fui-
se testatur*

*Epistola ad Sanctissimum, cu-
jus hac tenus copia nobis non fuit.*

*Constitutiones pro regimine Semi-
narij Collegij Comajagenis,*

*Quarum meminit R. admo-
dum P. Fr. Franciscus de Tor-
res, Seraphicae alumnus Familia
in Concione funebri à se habita
pro exequijs Nostro ductis à So-
dalibus Guadalaxarenibus; qua-*

Ora-

AN

*Oratio unà cum mox citata P.
Nicolai Prieto, & latina à P. Joa-
ne Garcia de Alva elucubrata, res
ab Illmō. gestas nobis suppedita-
vit. Scriptit præterea*

*Philosophie Cursus ad Subtili-
sime mentem Scotti elaboratum.*

*Tractatus itidem Theologicos va-
rios, MSS à Discipulis suis & So-
cij habitos in scrijnīs.*

Conciones similiter MSS.

+ 279 P. ANTONIUS GUA-
XARDO, Natione Mexicanus, in
Oppido Dieceesis Guadalaxaren-
sis vulgo Saltillo apud Novam
Galleciā natus, Societas Iesu
Instituta professus, in ejusdem
Collegio Urbis S. Ludovici Poto-
fini denatus, alios inter à se cla-
boratos Codices ibi relictos MSS,
condidit idiomate hispano

*Tractatum de Mirabilibus Chri-
sti Domini è Cruce pendenti Imagi-
nis apud Zacatecanos eximia habi-
ta religione, ut Author nobis est
D. Jolephus de Ribera Comes*

*S. Jacobi de la Laguna in Descrip-
tionē Urbis Zacatecae à se
edita Mexici, typis Jolephi Ber-
nardi de Hogal 1732. in quar-
to, Nostrī memoriam faciens pag.
80.*

+ 280 P. ANTONIUS GUILLEN
DE CASTRO, Natione Mexicanus,
in celebri Zacatecanorum Ci-
vitate ortus, Mexici floruit Prä-
byter Congregationis Oratorij,
vir multis commendandus nomi-
nibus, Latinitate instructus in Pa-
tria, pro addicenda Philosophia
solum mutavit, quam hauſit à

C2

AN

*P. Alfonso de Arrivillaga So-
cietatis JESU, eam profitente in
Maximo Collegio Mexico, cui
charus admodum fuit ob insignes
in illa progressus virtutum exer-
citationibus associatos. Theolo-
giae operam navavit in Univer-
sitate, Praeceptoribus, alios inter-
utique claros, D. Joanne de la*

*Peña Burton, Primario, & D.
Joanne de Narvaez, Sacrorum Bi-
bliorum Interpretē, in quorum
studio non minus quam in Schola-
sticę Theosopha apicibus abundē
profecit, adeò ut destinatus fuerit
pro defendendis Scripturatijs the-
sibus in maxima Academica Au-
la, pro quibus paradis multum
operè posuit, quam & oleum,
ut dicitur, non amissit, & si ad-
versis præpedito casibus qui fu-
turus erat Praes. Narvaez, fru-
strata res fuerit. Insignitus gra-
du Baccalaureatus, Doctoris etiam
insulas accepisset, ni è vivis erep-
tus is fuisse, qui as suppedita-
tur erat, quo ille abundaverat
nunquam.*

*281 Sacerdos factus, virtu-
tibus excolendis unà cum libris
deditus, Concionatorque, invi-
tus licet, factus, Oratoria ex-
colendae perdius pernoxque incu-
buit, dies noctesque traducens
uti ad praxim Artem revocaret,
quam sibi extimendam propo-
suit editam ab insigni Peruano
Fr. Martino de Velasco, Seraphi-
ci Ordinis, & majorem partem
ad regulas conformatam, quas in-
genitorum vertex S. Augustinus*

præ-

præfixit. Hercle, rem è sententia & voto ei successisse scripta indicant plurima, quæ ad normam istam delincata reliquit, subindeque pulcherrima se legentibus offerunt. Multo cum Sapientum plausu è sacro suggeritu dicens exceptus, à P. Doctore Joanne de la Pedroza, qui id temporis Congregationi S. Philosophi Neri, præcerat expeditus rogatusque ut se illi Instituto conjungeret, non quidem statim acquievit, sed opportuno dein tempore, quo illi sufficiendus erat in tradenda è superiori loco sacra doctrina: nam Venerabili vito Pedroza ad cœlestia translato, quam multis retro annis provinciam obicerat concionandi singularis Dominicis diebus, in se suscepit, totoque decennio lustravit, egregijs sermonibus habitis pro Christianarum rerum elucidatione, siquidem & Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, & Symbolum Apostolorum ita explanavit, ut plurima posuerit ob aures, quæ oculis lectorum summatum infra à nobis innunda sunt scripta ejus enarraturis. Sanè, quod ut edita, similiter inedita cuncta, quæ multiores evolvimus, tanta scatent eruditione, atque consistant egregiâ, ingenium hominis magnum quidem, & studium non minus ostendunt.

282. Quidquid supererat temporis ab audiendis confessionibus & alijs PP. Oratorijs exercitijs

lectioni dabat & scriptio. Et quod ad sacras attinet litteras, quamvis multos occasione data Patres consuleret & Interpretes, unum sibi Magistrum quotidiano studio præfixerat P. Cornelium Cornelij à Lapide, Societatis Jesu clarissimum fidus, cuius multa mole volumina omnia semel iterumque à capite ad calcem perlegit, eolvebatque quam saepissime, adeo ut Indicem ferme agret animatum pro tantis tamq' diversis & dissitis rebus inveniens, quantæ in omnigenâ referunt eruditio voluminibus continentur. Gravioribus istis studijs matutino tempore collocato, pertinuum haud ita difficilibus constituerat, quod subinde Historiæ dabat cum Ecclesiastica, tum etiam Prophanæ, quam indicis sub noctem colloquijs cum Sodalibus aliquibus communicabat, propterea eruditissimus ea etiam in parte. Quod autem Thcologiam spectat reliquam, fuit nulla in qua non multum floruerit, ejus ut scripta indicant, passim dogmata moresque & spiritum conceruentia, atque Scholæ controversias, ubi opporet, indigitantia, in quibus tamen adeo erat vel in ultima promptus atate, ac si quotidiane ageret palestram, cuius experimentum fecimus in Academia apud Congregationis aedes vigente, cum indicis gravioribus solito & solennioribus dissertationibus, invictatus ad dicendum & ipse, prece-

& subtiliter ratiocinabatur apicibus, quos Logici præscribunt, observatis atque minutis pro syllogismis, queis arietibus conclusiones quatiebat, gravi quidem & negotium faciente momento.

283. Porro stylum, pro concessionibus familiaribus etiam, abjectum adhibere in usus haud poterat, qui cothurnis assuetus perdes ire fecerat ægre; ut tamen arte eminebat atque prudentia, sublimi utens pro argumentorum maiestate, medium insimumque suis apte collocabat in locis, nunquam passus citra Rethorum normam eloqui, qua de causa, & si frequentilime dixerit è suggestu, numquam non parvit terpito dicenda, nisi cum impedito. Sodali qui per novem continuos dies in honorem Servatoris nostri erat concionaturus, in ejusdem locum suffectus pridie fuit, nec licuit in augustijs tantis scribere; cetera bidentaliter conscribebat, quem Dominica die habiturus erat sermonem, succurrente prompte memorâ suggerenteque eruditio, quam sibi in penu ritissima reposuerat. Tot litteris politissimis pretiotiores longè virtutes adjunxit, quas a juventute cultas, multo magis Sacerdotio insignis & Oratorijs instituta sceleratus excoluit. Hęc ut inducerentur in mores pro ut in Vallicellana PP. Congregatione à S. Parente Philippo fuerant inducta, egregiè juvit clarissimum virum P. Petrum de Arellano &

Sossa, quo Mexicanam regente ab Innocentio XII. Pontifice Maximo ad instar Vallicellana fuit constituta. Quotidie ad aras faciebat devotè quidem, at non prolixè orationi alijsque nocturnis pjs exercitationibus aderat; confessiones excipiebat, concionabatur, caterasque quas Regulæ prescrivunt functiones agebat, Dei in omnibus gloriam animarumque salutem procurans. Hinc eximio in illis ad pietatem formandis zelo emicabat, eductis à peccatorum vinculis instrutisque in Fidei mysterijs, quæ satis explicatè & doctè trahebat. Consulebatur à multis de conscientiæ negotijs, quibus, qua erat & doctrinâ imbutus & ornatus prudentiâ, eximiaque prædictus comitate satificiebat. Assiduus in laboribus, semel per dies aliquot in anno inducias capturus & quietem, in Sanctuarium Guadalupanæ Dei genitricis imagine celeberrimum Mexico proximum secedebat, suas in colendâ Dei Matre delicias reponens. Clericis interea Oppidi familiaris, & utilis in solvendis sibi pro enodatione propolis dubijs. Honestos semper præ se tulit mores, quotidiana conlectudine nulli gravis, dilectus, ut dicebatur, Deo & hominibus. Paupertatem adamavit, exiguis, que sibi obtigerant, contentus redditiibus, veste ceterisque religiosum decentibus virum. Humilitati vero tam fuit addictus, ut quamvis alia Congregationis munera obie-

AN

obierit, Præpositus ejusdem ele-
ctus, id honoris illico recusaverit,
nec ullis precibus ut acquiesceret
suffragantibus, adduci potue-
rit. Tandem febri correptum, quæ
multoties ipsum in vitæ discrimen
deduxerat, mortalem cum æter-
nal luce piè credimus commutasse,
Sacramenta munitum, die San-
ctis omnibus devotâ anno 1716
ætatis sua 54 ab adita Congre-
gatione 16 mœrentibus in primis
Sodalibus, à quibus acta demo-
re parentatione, subter aram
maximam collocatus fuit.

Scripta quamvis sua prælo sub-
duxerit, Amico ejus & Congre-
gationis amantissimo, viro nobili
juxta ac diviti D. Joanne Bapti-
sta de Arozqueta, sumptus ofer-
rente pro editione eorum, quæ
in Catechismi illustrationem tra-
diderat; posthuma excudi cœper-
unt quo tempore benefactor
ille ad plures abiérat, duobusque
tomis evulgatis operâ Sodalitatis
Doctrinæ Christianæ in Ecclesia
Oratorij jam pridem stantis, Præ-
fecturam ejus agente P. Josepho
Hurtado de Mendoza, Congre-
gationis quondam Præposito, vi-
roque piissimo; ære deficiente
reliqui in Schedis mansere. Por-
to universum Opus Catechisti-
cum in tomos 8. partitum est,
quorum indicem exhibebimus incipientes ad editis hispano ser-
mone & hocce titulo.

*Excitor Catechisticus, dogmatica
moralisque Christianæ Doctrine ex-
positio. Tomus primus Conciones am-*

AN
plexus Orationem Dominicam, Salu-
tationem Angelicam, & tres priores
Symboli Apostolorum Articulos expla-
nantes. Mexici, typis D. Mariæ
de Ribera 1734. in quarto.

Tomus secundus continet primam
partem Concionum pro aperiendo ar-
ticulo quarto Symboli Apostolici &
Passionis Dominicæ ab oratione Ser-
vatoris in Horto ad Calvaria radie-
tes usque. Mexici, ex eadem Of-
ficina 1736. in quarto.

Extant etiam impressæ Con-
ciones novem paginis 144. quæ
priores sunt tomî 4. quarum
exemplaria sunt aliqua, admodum tamen pauca, quoniā cum
progrederi ulterius non valuerit
editio artis defectu, fragmentum
illud libri publicare minimè vi-
sum fuit ijs qui illum cœcreris
que Authoris curabant, & qui
existimantes opera pretium fore
in festinatione, quartum aggressi
sunt tomum in alterâ Officinâ
alteris typis eudere, ut simul cum
tertio prodiret, his ipsis edendo
litteris quibus eudebatur secun-
dus, qui ut absolveretur in pro-
ximo erat. Extant tom. 46. Coll.
nostræ.

Tomus tertius exhibet secundam
partem Concionum pro eodem articulo
quarto explanando, & Passione Do-
minica ab Ascensu in Calvaria mon-
tem usque ad Sepulchrum Domini,
ponderatis una Purissima Virginis
& Matris doloribus, quos passa est
juxta Crucem Filii, ejusdem funus
prosequuta, ipsoque orbata. in quarto.
Tomus quartus amplectitur pro-

ex-

AN

exponendo articulo quinto Conciones,
in quibus quatuor subterranei rece-
sus, seu Inferna loca luce donantur,
& latius Purgatorium expiandis ani-
mabus cetera justis destinatum ostendit,
ac demum redivivus Christus
Dominus salutatur. in quarto.

Tomus quintus explicandis sexto
& septimo articulis parat Conciones,
in quibus Ascensio Domini, ejusdem
in Celo ibronus, novissimus in terras
pro Universali Judicio adventus,
Anti-Christi tempora, Mundique con-
summatio explicantur, in quarto.

Tomus sextus ut octavum articu-
lum Fidei expendat, torni in tercia
Augustissima Triados Persona insu-
mitur: Spiritus sancti Donis explicatis
& Fructibus, & quæ contra ipsam
peccata nominantur ob oculis posita.
in quarto.

Tomus septimus idemque pars pri-
ma declarationis articuli noni, San-
ctam Ecclesiam, ejusdem signa myste-
riaque plurima bona in lumine co-
llocat, & deinceps Sacerrimum Mis-
se Sacrificium minutatim aperire in-
cipit. in quarto.

Tomus octavus isque Pars secun-
da explicationis ejusdem articuli no-
ni, quæ reliqua sunt sacrosanctæ Mis-
se arcana ad finem usque reserat.
Tum Sanctorum Communionem ex-
pendit, ac demum qui supersunt Sym-
boli Apostolorum articulos expenos
lectoribus offert. in quarto.

In singulis porro concionibus
Christianæ ita dogmata explicat,
ut ex ipsis argumentum ad insti-
tuendos mores deducat, quod
eloquenter juxta & docte profe-

AN

quitur Rhetorum ornamenti &
flosculis amoenissimis, Ecclesiasti-
cum Oratorem decentibus, in
primisque Scripturarum testimo-
nijs & Sacrorum Interpretum
sensibus, sic ex arte dispositis,
ut delectet suavissime, insimulque
potentissime moveat ad virtutes
lectandum, fugiendumque virtù-

Prædictis annexendi sunt to-
mi sequentes.

Sermones panegyrici de Mysterijs
Christi Domini, de Beatisimâ Vir-
gine Deiparente, & de Sanctis.
Tom. duo in quarto.

Conciones multiplicis argumenti ad
efformandos mores. in quarto.

Exhortationes ad Sodales domesti-
cae in Congregatione, ut dicunt, cul-
parum sub uno omnes themate à Ra-
tionali prisci Sacerdotis Aaron de-
prompto. in octavo.

Codices illos MSS omnes mul-
toties evolvimus, Authoris eruditio-
nem & eloquentiam semper
mirantes, sineque fastidio, imò
cum voluptate aliquas tertium
etiam legentes conciones. Ha-
bentur in Tabulario Congrega-
tionis Oratorij Mexicanenius.

Authoris vitam eruditio delineata
calamo invenies apud Mo-
numenta historica dictæ Congrega-
tionis, à P. Juliano Gutierrez
Davila elucubrata parte 3. lib.
4. à capite 4. ad nonum, à pagina
209. ad 225. Ejus quoque, nec
sine debito elogio, meminit in
Descriptione Urbis Zacarecanæ p. 61

eruditus Comes S. Jacobi de la La-
guna D. Joseph de Ribera Bernar-
dez,

dez, qui tamen sex tomos operis Catechistici enumerat, datus notitiā, quam eo tempore accepit, quo nondum recognitæ fuerant omnes schedæ, quibus deinde scrutatis, omnes quas enumeravimus, inventæ sunt, plures autem distractæ, vivente mortuoque Authore, desiderantur.

+ 284 F. ANTONIUS DE HARI-ZON, Natione Hispanus, Patria nobis ambigua, Mexicanus Domi-cilio, quod in Provinciam S. Evangelij Ordinis Seraphici se-de-derit, in qua, post emēsos Le-torū Philosophiæ & Theologiæ curriculos, Emeritus audiit, & Guardianus ut dicunt, datus multis Cœnobijs, Provincialis ele-ctus, suoque muncri incumbens obiit, reliquaque patrio scriptas idiomate conciones.

De Verbi Divini Incarnatione & conversione Mariae Magdalena. Mexici, typis Michaëlis de Ribe-ra 1706. in quarto.

De Sancto Parente Dominico Ordinis Prædicatorum Institutore. Mexici, ex Officina Vidua Michaëlis de Ribera 1712. in quarto. Extat tom. 100. Collect. nostræ MSS quæ non ambigimus plura fore, latent nos, quibus enarran-dis admoveremus calamum libentissimè.

+ 285 D. ANTONIUS DE HEREDIA, Natione Mexicanus, Pa-tria Angelopolitanus, Professio-ne Medicus, cruditione multâ conspicuus & variâ, in Poetica presertim effloruit, pluraque com-

AN posuit, è quibus publicam as-pexere lucem,

Triumphalis machina Angelopoli-erecta pro excipiendo Nove Hispaniæ Pro Rege D. D. Ferdinando de Lancaster Noroña et Silva, Comite de Linares, seu Pax armata Ari-stei Pastoris prudentiæ.

Enarratio velitationum, quas An-gelopoli milites in plenum recens-nati Ludovici Hispaniarum Princi-pis insisterunt.

Edita isthac opuscula docet D. Didacus Bermudez de Castro in Scriptoribus Angelopolitanis, quæ Mexici haec tenus latent nos. Alia insuper multa MSS esse idem testatur, que vidisse nobis in comperto est.

+ 286 FR. ANTONIUS A S. HIERONYMO, Natione Hispanus, apud Almansam novæ Castellæ Villam exortus, austri-ori-s S. Francisci Observantiae Pro-vincia S. Didaci Mexicanæ alum-nus & Deffinitior, Lectoris functus munere Philosophiæ, & per annos aliquot etiam Theologia, etatis sua 39. Primarium agens Antecessorem in vivis esse desit, re-liquaque apud Discipulos MSS

Cursum Philosophicum,
Et

Tractationes Theologicas.
Eius meminit F. Balthasar de Medina in Chronic. memorata Provinciæ nudipedum S. Didaci fol. 66. n. 216.

+ 287 M. F. ANTONIUS DE HI-NOROSA, Natione Mexicanus, seu, ut legitur in Scriptoribus Ord.

Præd.

Præd. tom. 2. ad annum 1627 pag. 446. origine Hispanus, per inde enim est, ut monuimus tuo loco, quoniam natos in Ameri-câ nostrâ omnes, de quibus sermo nobis in hacce Bibliotheca est, subindeque Mexicanos natione, ab Hispanis genitos parentibus

compertum legentibus volumus, nisi quando conceptis verbis scrip-tierimus, Natione Mexicanus In-dis ortus parentibus, aut ex alterâ genitores natione apertissi-mè dixerimus: ceteri enim verò suam ab Hispanâ gente & familiâ originem ducunt, tamque Hispani sunt quam qui Mantua Carpentanorum nati. Noster in Ameri-câ nostrâ genitus, & forsan Mexici, quod nebis ambi-guum, Provinciali Sanjacobæam Ord. Præd. Mexicam petivit, emissisque votis adeptus, multis in ea litteris & dotibus floruit, Theologia Cathedras moderatus Magisterij laureâ conspicuus eva-sit, & à supremo Si Inquisitio-nis Consilio Hispaniarum inter Consultores dato titulo est ha-bitus. In Universitate etiam Mexicanensi Doctores inter Theologos recensit, alijsque muneri-bus cumulatus fuit. Edidit hispano sermone amoenissimum opus, quod jure dixeris Viridarium, in quo

præter ab ipso Authore puleher-ime lucubrata, invenies iti-dem variorum florentissima poe-mata, acumen, cruditionem & artem, latinâ hispanâque lin-guâ, redolentia undique & spî-

Eee

rantia. Titulum Libro dedit:

Vita & miracula gloriofi S. Hyacinti Confessoris, ex Ordine Pre-dicatorum; Ejusdem Bulla Canoniza-tionis, atque eorum que in ejus plan-sum festivè Mexici gesta sunt enarratio. Mexici, è domo Petri Balli 1597. in quarto.

Idiomate latino conscripsit & publicavit

Directorium decisionum Regula-rium circa ambiguities Constitu-tionum, Consuetudinum, Actorum gene-ralium, & Sanctionum Apostolicarum, concernientium Sacrum Ordinem Pre-di-catorum. Matriti, ex Officina Joannis Gonzalez 1627. in 4. pp. 790.

Subdunt Critici Scriptorum ejusdem Ordinis Annalistæ: *Opus minus accuratum, ut patet Tit. Con-versus, ubi dicit conversos habere vo-cem in contractibus capituli; & sub inde fingens Conveniunt ex solis con-versis professis constantem, jus eis tri-buit sibi Prelatum eligendi, nisi ob-set consueto: quod non solum praxi Ordinis, sed & constitutionibus aduersatur & directo. Hec illi. Nos verò, qui Historiam Scriptorum teximus, non Crismi instituimus rerū quas ipsi Scriptores tradide-rent, id unum in præsentia mone-mus, quod si minus accuratum dicen-dum est opus propterea quod sen-tentiam Authori sibi visam proba-bilem, aut fortè probabilitatem do-cuerit, quæ falsa judicetur ab alijs; Opera enim verò etiam accuratissima minus accurata au-dient, in quibus nonnumquam pro ingeniorum diversitate faci-le*

lē invenire est quæ istis subjacent.

In Nuncupatoria ejusdem *Drectorij* Author testatur habere à se compositos

Sermōnū tomos duos.

Polliceturque *Clypeum Thomistarum ex questionibus Metaphysicis & Theologicis ad fabre compactum.*

An autem in lucem prodierint libri isti nescimus. Authoris meminit Fernandez in *Historia Rosarij* pp. 11. & 22.

288 F. ANTONIUS HYACINTUS SUASO, Natione incerta nobis. Prædicatorum Ordinis in Provincia S. Jacobi alumnus, ab ipsa Deffinitio Procuratorque Generalis in Europam destinatus, apud Apostolicum Hispaniarum Nuntium Examinatoris & Theologi honores promeruit, atque in Archicpitcopatu Galleciano Synodalem egit. Typis tradidit hispanā linguā.

Speculum amoris divini in vita V. M. Sororis Maria Villani, Sacri Prædicatorum Ordinis institutum nuncupatis votis professæ. Matriti, ex Typographia Joannis Garcia Infanzon 1692. in quarto. Exstat ad S. Philippi Nerij Mex.

In proemio Historiæ hujus Author ipse testatur aliam itidem se conscripsisse de S. Catharina Scenensi, polliceturque tertiam de Proto-Parete suo S. Dominico.

289 FR. ANTONIUS A JESU MARIA, Natione Hispanus, ortus Matriti, Institutum Excal-

ceatorum Carmelitarum Ordinis in Provincia Mexicana professus fuit. Ejus & ingenium & doctrina præfertim enituit in degendis Michaelis de Molinos erroribus, quos statim sagacissime agnovit, imo proscriptorum postea operum virus primum è Theologis detectissile. Author est (& penes ipsum fides) in Bibliotheca ejusdem Ordinis P. F. Martialis à S. Joanne Baptista pag. 38. num. 48. quamquam alij palmam retulerint pestem illam editis scriptis exagitantes, quam fusso in MSS sermone multis ipse & gravibus momentis insinuat. Scriptis itaque

Contra Quietistarum errores.

Præterea, in *Boetium Libros duos*, apud citatum P. Martiam, MSS.

Typis vero commissi

Vitam Eminentissimi Balthasaris Moscoso & Sandoval. Matriti 1680 in folio.

Transtulit ex Anglica in Hispanam Lingua volumen

De insectationibus quas in Anglia Catholici sunt passi: ut in eadem legimus Bibliothecā.

Meminit Authoris *Scriptor Historiæ generalis Carmelitarum Reformationis t. 6. lib. 26. cap.*

290 P. ANTONIUS IGNATIUS MAYORGA, Natione Mexicanus, & ut credimus, Mexici ortus, Societatis IESU alumnus quatuor professione votorum insignis, dum Sodalitium ab Assumptâ

Dei-

Deiparâ nominatum regeret in Collegio Urbis S. Ludovici Potosini, à se habitam in publicum dedit vernaculo idiomate

Concionem funebrem pijs manibus D. Maria Victoria de Uresi & Bustamante. Mexici, apud Hærides Michaelis de Ribera 1728. in quarto.

Non ambigimus multas scripsisse doctasque Orationes hispanas, latinasque Prolusiones, & Poetica opuscula, quæ distinctius recensere ulteriori destituti notitia prohibemur.

291 D. ANTONIUS JOACHIMUS DE RIBADENEIRA ET BARRANTOS, Natione Mexicanus, Angelopoli natus è gente multis stemmatibus clarâ, Latinitate imbutus & Philosophiâ ad S. Ildefonsi Jesuitarum patria Gymnasia, Academicis se Mexicois adjunxit lauream accepturus, natusque strenuam utriusque operam Juri, cuius item insignis gradibus à Regio Togatorum Senatu pro tuendis in foro causis institutus Patronus fuit, & à Fidei Quæstoribus destinatus Orator qui auxilio esset carceri emancipatis. Majoris Veteris & Insignis D. Mariae & Omnia Sanctorum adscriptus Collegio, venustribus non minus studijs quam legalibus culturam animi, nec absque multâ fruge, procuravit ac tenuit. In Hispaniam se contulit, notumque propè virum sanguine & doctrinâ conspicuum, certisque pro judicandi munere

partibus clarum, Rex Catholicus pro Auditorio Guadalaxarense in Nova Galicie Regno Judicem destinavit, intereaque loci ipsi copiam fecit typis committendi, quod scriperat hispanis opportune numeris Opus, admodum eruditum, cui nomen dedit

Relaxatio animi, seu delicia, hispanicæ El Pascatiempo, ad usum Exteti. D. D. Emmanuelis Bernardini de Carbajal & Lancaster, Ducis de Abrantes & Linares, &c. Poema didacticum Endecassylabum tribus divisum voluminibus XIV canticis rotidem Epochas comprehendentibus insigniores, cum sacros eventus, tum etiam prophanos à Mundi conditione ad usque pacis tempora generalis instituta Catholico Rege nostro Ferdinando VI in Hispaniâ Regnante: Cum varijs pro rerum luce & intellectu animadversionibus. Mantua Carpentanorum, apud Antonium Marin 1752. in quarto.

Quanti Opus hoc ab cruditis Hispanis sit habitum, Censura ipsi prefixæ docent, libetque paucis indicare judicium, quod Supremi commissione Indiarum Consilij exposuit vir clarissimus & cum Jurisprudentia laude conspicuus, tumetiam omnigenâ insignis eruditione D. D. Antonius Joseph Alvarez de Abreu, Marchio a Regalia, ejusdem Consilij fulgentissimum lumen, ut legitur in Facultate pro editione concessâ ab eodem amplissimo Conventu, extatque Operis tom. 1. Scilicet fatetur doctissimus vir

No-

Nostris in rebus Historicis Sacris & Prophanis, Chronologicis, Politicis, Civilibus, Moralibus, Juridicis, Canonis, Religiosis, & Publicis egregiam accuratamque eruditioinem, opportunè & prudenter in univerlo Opere extantem, quæ infinitè cōmendat ipsum, & cui in labenti seculo hactenus non viderit simile.

Opera alia à Nostro elucubrati, mox laudatus Marchio in eadem Censurā se accepisse testatur, quæ pariter utilia ac præcedens sibi merito pollicetur, optamus que ut in nostris quantocuyus paginas dēducantur, Authore proprijs laribus restituto, quem nuper Rex noster in Mexicanense Auditorium transferri voluit. Criminalem Quæsitorem, honorificissimo commendatum Decreto, nec tantum à litteris & do-
tibus alijs laudatum, sed verò etiam Regio ære instructum. Fāxit D. O. M. ut ampliores tanto viro gratulemur honores.

292. D. ANTONIUS JOSEPH MARIA GUERRERO, Natione Mexicanus & Patria, anno 1639. è nobili exortus familia est, quæ alia inter gentis stemmata gloriæ ducit eximiae. Eximum doctorem Franciscum Suarez ex ea genus traxisse. Humanioribus litteris operam dedit & Philosophia in Collegio Maximo Societatis JESU Mexico: statimque Ludum litterarium aperuit, cui totos annos 47. diu noctuque institit multa pluribus discipulis tradens, quo-

rum alijs prima litterarum rudimenta & Aritheticæ initia dedit, alios Grammaticam totam & Rhetoricam docuit, Philosophicis alios instituit atque Moralibus, plures Diatono aptavit, Rubricas pro divinis Officijs ritè celebrandas expendit, Attemque concionandi. Nil vero antiquius habuit quam ut in omnes instillaret pietatem, & Beatissimam Deiparantem ejusdem Psalterio quotidie recitato unà cum omnibus illis percoleret. In his ætate ductâ, Discipulos plurimos numerat Sacerdotio iniciatos, cùm in Clero, tum etiam in Ordinibus religiosis. Mirum porro est, tot ipsum annis & rerum vicissitudinibus à Ludo suo paucis supra unum mensim diebus abfuisse, consuetas que Scholarum longiores ferias haud observasse, his etiam diebus cum Pupillis exterisque auditoribus in studio transactis. Matrimonio junctus honestissime & nobili fœmina, suscepit ex ea filiis duobus sacris initiatis, altero in Ord. Præd. Sacerdotio item prædicto gaudet, quartoque Beneficium Ecclesiasticum præstolante: filias sic latinè instituit, ut carū una noven-
nis Panegyrim, decennis Prolusionem coram multis dixerit Romano sermone, è quo in Hispanum vertere scripta, & de Grammaticæ tricis interrogata respondere apposite sciebat. Ad hęc, Noster litteras graphicè hodieque annos natus 64 pingit, ceteraque male habens, oculorum acie valet quam

is qui maxime, spartamque adorat. Scriptis idiomate hispano.

Sermones panegyricos & morales fere 400.

Conciones 10. adstricta numeris Latinis & hispanis oratione convertit.

Poemata multa scripta utrāque lingua, Labyrintos & id genus alia construxit.

Authographa penes Authorem sunt, cujus extant editi

Paramoprones in Coloso Eloquenti pag. 137.

+ 293. D. ANTONIUS LASCARIS, Natione Mexicanus, cunabulis Coaxacensis, Parochus Oppidi Tautepec ejusdem Diocesis, edidit à se habitat

Orationem Funebrem in Paren-
tatione Philippo IV Catholicó His-
paniarum Regi apud Antequerenses
indicta. Mexici, ex Typographia
Vidua Bernardi Calderon 1667.
in quarto.

294. FR. ANTONIUS LINAZA JESU MARIA, Natione Hispanus, in Baleari Insula Majoria, apud Villam de Arta nobilibus, ne pau-
peribus ortus parentibus, ab ipsa pueritia christianis & politicis disciplinis instructus, ut latinas excoleret litteras PP. Franciscanicas in Patria docentibus traditus est. Eorumdem Seraphica Insti-
tuta se fari cupiens, in Cenobio S. Mariæ Angelorum à Iesu Pro-
vincie Majoricensis solennibus se votis adstrinxit. Philosophiam à suis hausit atque Theologiam, sacrisque initiatus Prædicator est institutus, non minorem

inter hęc operam virtutibus po-
nens quam litteris. Procuratori Michoacanensi SS. AA. Petri & Pauli Provincia supplementum pro illa paranti adjunctus, ut ad Americam nostram accessit PP. que adivit Michoacanenses, ab ipsis probatus, Lector Philosophiae pro Conventu Queretaren- si destinatur, ubi eam non So-
dalibus tantum explicavit, sed exteris multis, quod non dum ea in Urbe aperta fuissent Jesui-
tarum Gymnasia, quæ dein pro utrāque Sophiâ docendâ patue-
runt eximio incolarum emolu-
mento. Absoluto multâ cum lau-
de Cursu, in Collegium de Ze-
laya ejusdem Provincia traduci-
tur alium continuaturus, cujus Moderator spiritu abreptus Apo-
stolico in Novam perrexerat Me-
xicum. Hinc Theologia profi-
tende apud Vallisoletum primati-
am Regni Michoacanensis Ur-
becm. Præceptor constitutus, pri-
mo etiam suggesti præfuit, at-
que Emeriti laurcam, quindecim
evolutis annis legendi, tandem
obtinuit.

295. Interea vero ab instituto non nihil desciverat, tepefactusq; spiritu vanitati nimis indulserat. Quod enim ad fidem canere, ho-
nesto, quidem studio, juvenis di-
dicisset, atque in dies musices pe-
nitior factus esset, vocque suavi
ad modulandum potiretur, huic
multo quam par erat oblectatio-
ne deditus, non intra cellam
tantum, sed etiam extra, male
qui-

quidem audierat quod bene caneret: nam & si non propterea Veneri unquam litaverit, vanitati tamen & luxui in vestitu & vietu cubiculi ornatum facili prolapstone plus justo dederat. Deus tamen, qui ad magna ipsum profuit gloria & salute animarum destinaverat, ab his terribili revocavit spectro. Nam nocte ad quietem comparato larva quedam morti quam simillima cinerea induita veste conspiciebant se dedit, que tametsi presto evanuerit ab oculis, firma habet animo, qui admodum conteritus, quid sibi illa velit haud obscurè dignovit, atque Deo excitanti momentique ut à focordia & mundi somno exureret, obtemperandum illico secum constituit. Sub mane Cenobij Rectorem accessit, cui se omniaque hæc tenus quæsita submittit, multis exortans, ea ut unicè sibi permitteret, quæ expoliatum omnibus decent. S. Francisci alumnū.

Ex inde totius vitæ maculas sanctâ confessione eluit, vitæque tenorem agressus est qui hominem egregiè Sanctum & Apostolicum præsignificaret Parentem, eximis Seraphici Ordinis Proceribus merito comparandum.

296 Lachrymis totos annos quatuordecim ubertim effusis prioris jacturam temporis levit: jejunis, vigilijs, celijs, flagellis, id que genus alijs asperitatibus jugiter, quo ad vixit, in se pia crudelitate defevit: orationi & cœ-

lestium contemplationi rerum incubuit: prædicationi pro extirpandis vitijs, etiamnum Lectoris detenus onere, multo cum animarum lucro invigilavit, tan-taque virtutum specimina dedit, ut exemplari ijs esset, quibus forsan pristina levitate fuerat scandalo, jamque inde portenderet quanta olim per se sectatoresque suos bona esset populis tradituras.

297 Destinatus à Provincia Custos pro Comitijs Ordinis generalibus, suffragia daturus in eis, Hispaniam anticipatò, Superioribus annuentibus, petiit, ut quod moliebatur in Dei gloriam opus insigne, maturare & disponere posset. Eò deductus, & facultatibus pro re obtentis amplissimis, Apostolicis per integrum anuum concionibus Balcanes per-lustravit Insulas multis relatis fructibus, è quibus redux, Barcinonæ & alibi Catalaunia idem munus obivit, cui etiam instituit apud Mantuan Carpantanorum peregregiā & sermonibus habitis, auditis confessionibus, pijs alijsque exercitijs, segete in Dei horum relatā. Hec inter, multa peregit alia, Comitijs Familia, quæ Toleti fuitant indicata, suffragator interfuit, & quod primas ferrebat in animo negotium faustè expedivit, facultatibus pro instituendo in America de Propaganda Fide Collegio obtentis amplissimis, proque ad id conquerendis 24 Sodalibus. Hos ut deli-

geret multas Ordinis lustravit Provincias, atque ultrò sibi oblatos macte virtute homines secum tandem in Americam duxit. E Portu Vræ-Crucis pedes Mexicanum petiit frequentissimā in itinere prædicatione, confessio-num auditione, & mirabilis exemplo viræ populis utilissimus per que gratis, Collegium apud Queretarense ē Cenobio, quod Provinciæ SS. AA. Petri & Pauli Michoacanensi suberat, à Lapidea Cruce multis clara prodigijs insigne, Constitutionibus ab Apostolica Sede approbatis, sub titulo de Propaganda Fide faustè instituit atque feliciter, ut ex eo fecundissimo Seminario viri prodirent Apostolico nutriti adulti-que spiritu, cùm pro Infidelibus ad Ecclesiam traducendis, tum etiam pro Christianis revocandis a vitijs, quæ furtim irrepunt, & virtutibus instituendis, Apostolici excursionibus, quas Missiones dicimus.

298 Rèbus Instituti prudenter exponoque viri dispositis, qui & Dei in Choro Ecclesiisque cultum, & Proximorum salutem affidue curabat; omnia ut solidius componeret, & alia institueret Collegia, quæ eodem regerentur spiritu, extrahendisque in colonias Socijs Seminaria essent, iterum in Hispaniam se contulit, inde Romanam adivit, ubi ē voto succedente negotio, Hispaniæ reli-tutus, Iex, prout optayerat, in varijs Provincijs Collegia consti-tuit, factus sub inde Institutor & Parens septem Collegiorum, quibus postquam ipse ad superos evolaverat, alia accessere multum insignia, ut Goatemalense, Zaca-tecanorum, & Mexicum in India nostra, ut interim taceamus forsitan Europe addita. Quæ porro in Dei honorem, & salutem animarum iude emanaverint, multis vix dici Libris possunt, ju-stoque volumine nuper edito a P. F. Ilidoro de Espinosa copta sunt bono in lumine collocari, quorum post Deum Author fuit No-ster.

299 Sanè, ut ardentissimo Dei flagrabat amore, & eximiè ignescerat adverius Proximos charitate, hoc homines igne corripere satagebat. Frequentissime Provincias circumibat sacris ut concionibus sceleratos argueret, frugique auditores in officio continueret, deduceretque in cœlestia quam plurimos. Hinc apud Mexicanos & Michoacanenses dixit cum Sodalibus Apostolico more plutis, & multas Hispaniarum Urbes, Villas, Oppida prædicando lustravit, tanto conatu, ut in una regis Curia centum vi-ginti continuis diebus sermones ferventissimè haberet. Multories inter concionandum admirabiles extases patiebatur, stupentibus qui aderant, indeque proficienibus, ipso dein propria demissione impensius addicto. Erat enim deficitia sui insignis, aquaque patientia, mortificatione,